

CLANGOR

ram in se habentes, scilicet Mercurij & sulphuris. Item humidum vnctuosum est materia nostri argenti viui Philosophici, & substantia suae vnctuositatis est propria materia essentialis sulphuris. Vbi aperte poteris cognoscere, quod tu non potes fixare vnū sine alio, sicut materia sine aliqua forma, quare stat sulphur sicut calor complexionabilis in substantia argenti viui, et stat ibi sicut virtus spermatis masculi quod stat in semine mulieris, vel sicut alia virtus generatiua. Hæc dicit Raymundus.

Et nil est mundi quod non sit naturaliter compositum a substantia quatuor elementorū, testimonio cuiuslibet boni naturalis, & secundum suas experientias nō est substantialiter aliud nisi ex sulphure et argento viuo puris & mundis, incombustibilibus in primo puncto suae creatiōis, & istud ē principium, vel genus vel materia prima, & substantia media in quā natura infigit oēs suos colores, in figurando diuersas substantias. Isti colores veniunt per proprietatem naturæ quintæ sulphuris & arg. viui, per instinctū suae naturæ. Ex quibus patet quod in omni loco noster lapis reperitur ratione suarum proprietatum, et per istam experientiam cognoscimus clare, hanc primā materiam omnium rerum vniuersaliū esse, quæ per corruptionem & generationem formantur secundum suam compositionē, & sicut in omni re de tali materia capiūt omnia mundi suā formā substantialē, spiritualē & acciden